

**Disputatio Logica || DE || PRIMA ET PRAE-||CIPVA ORDINIS IN DI-||SCIPLINIS  
SERVANDI || RATIONE,|| Quam || ... Facultatis || Philosophicae Collegio || Publicè  
excutiendam proponit || M. IOHANNES STVRMIVS || Luneburgensis ||  
Respondente || MATTHIA ISELHORST || Bilveldense VVestphalo.|| Fiet Disputatio  
die XII. Ianuarij || ... ||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1600

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1786880164>

Druck    Freier  Zugang



J. Sturm.  
R. U. phil. 1600. 12



Disputatio Logica  
DE  
**PRIMA ET PRAE-**  
**CIPVA ORDINIS IN DI-**  
**SCIPLINIS SERVANDI**  
**RATIONE,**

*Quam*

$\Sigma Y N \Theta \Omega$

*Consentiente amplissimo Facultatis  
Philosophicæ Collegio*

Publicè excutiendam proponit  
**M. IOHANNES STVRMIVS**  
Luneburgensis

*Respondente*

**MATTHIA ISELHORST**  
Bilveldense VVestphalo.

Fiet Disputatio die XII. Ianuarij  
in Auditorio Magno.



ROSTOCHII

Typis STEPHANI MYLIANDRI  
ANNO 1600.



*RUPhil. 1600 Sturm, Johannes 12*

REVERENDIS ET CLARISSI-  
MIS VIRIS

Dn. LUDOVICO PINCIERO

I. V. D., Ecclesiæ Cathedralis Lubecensis  
Decano, Ducis Holstiae etc.  
Consiliario consultissimo,

ET

Dn. OTTHONI GVALTPERIO

S. S. T. Doct., Gymnasij Lubecensis Rectori,  
ac præceptoru suo omni observantie  
cultu honorando,

NEC NON

*Generis Splendore, Virtute, ac Humanitate  
præstantissimo viro*

Dn. HIERONIMO VVARM-  
BOCHIO patricio Reip Lub.

Dominis ac Macenatibus suis unicè colendis, hasce Philosophicas  
positiones, strena loco, in perpetuum observantie &  
gratitudinis mnemosinon reverenter offerre & sub-  
misæ dedicare volens debuit

MATTHIAS ISELHORST  
Bilveldensis Westph.





## Thesis I.



Vemadmodum inordinatio & confusio in disciplinis mater est obscuritatis & ignorantiae; itaordo legitimus perspicuitatem & doctrinam parit. Quae enim ordine accurato & conveniente disponuntur, rectius percipiuntur, firmius inhaerent ac retinentur.

## II.

Hinc est, quod omnes ac singuli, qui quam optimè disciplinas eradere conantur, ante omnia id laborent maxime, ut partes eae rudent modo legiimo inter se disposita connexæ sint & coharent.

## III.

Cum autem de verâ & potissimâ ratione, unde hic doctrine ordo sit sumendis, non levis inter primarios hujus aetatis Philosophos sit controversia, alijs, ut Julio Scaligero, Piccolomineo, et similibus, rationem è naturâ rerum pendere contendentibus, alijs, uii Averrhoe, Zabarella, horumq; sectatoribus, è cognitione nostrâ meliori vel faciliori eam accipiendo comprobantibus, opera preium nos facturos judicamus, si cuiusq; pars argumenta considerantes, quid nobis veritati magis consonum videatur, monstraverimus, deq; nostrâ hâc sententiâ aliorum censuram exploraverimus.

## IV.

Primum igitur quod est, cum ea sola ac unica sit vera rei eiusq; ratio & causa, quâ habita ulterius non queritur, cur sit, legitima ordinis ratio non in rerum naturâ, sed in meliori ac facilitiore nostrâ cognitione posita erit. Si etenim querent de Ordine disciplina alicujus, cur hic & non aliud servatus sit, responsum fuerit, ut ordo naturæ servetur, animus nondum acquisierit, sed ulterius, cur hic naturæ ordo servatus fuerit, querit, ad quam interrogati-

zionem si detur responso, ut optima habeatur rerum in ea disciplina  
explicandarum cognitio, de ulteriori ratione animus non es<sup>t</sup> sol-  
licitus.

V.

Etsi verò alij, qui contrariam tueruntur opinionem, afferant,  
etiam ad questionem, cur ab hoc ad illud procedendo optima fiat co-  
gnitio, responderi posse ac debere, quod illud naturā si prius, hoc  
posteriorius; quia tamen instrumentorum natura in fine & non causā  
efficiente consistit, in assignandā ordinis ratione melior & facilior  
rerum considerandarum perceptio, que ordinis finis es<sup>t</sup>, & non re-  
rum natura, que hujus aut illius ordinis adhibendi causa efficiens  
es<sup>t</sup>, assumenda erit.

VI.

Quod etiam confirmat finis traditionis disciplinarum: Non  
enim discipline conformantur, ut in rebus ipsis ordo statuatur; hic  
enim etiam nobis nihil cogitantibus per naturam es<sup>t</sup>; sed ut melius  
& facilius addiscamus: unde & Ordo doctrina, non verò Naturae  
ordo, qui in disciplinis observatur, nominari solet.

VII.

Quinimò, cùm immutabilis & invariabilis ex necessitate esse  
debeat ordinis conditio, utpote qua pars quædam definitionis es<sup>t</sup>, non  
immerito nostra cognitio melior & facilior ipsi naturæ rerum præ-  
fertur. Sapientis namq[ue] ob nostrum cognoscendi modum ordo rerum  
naturalis interturbatur, ut ex lectione & resolutione insigniorum  
in Philosophia authorum apparet, ob ordinem verò naturæ ordo co-  
gnitionis nostræ variatur nunquam.

VIII.

Nec es<sup>t</sup> quod quidam effugium querant, dum ex accidente  
& ex nostrâ imbecillitate solum fieri hoc afferunt, quod nonnunquam  
ordo naturæ negligatur. Nam et si hoc ipsis rebus accidentiarum es<sup>t</sup>,  
quod non eodem ordine, quo à naturâ constitutæ aut intentæ fuerunt,  
percipiuntur, ipsis tamen rerum conceptibus, qui in disciplinis pro-  
ponuntur, non accidentiarum, sed esse entiale judicamus. Cùm enim  
cum

eum ob finem omnis disciplinarum fiat traditio, ut pro viribus nos in  
hujusmodi infirmitate constituti in optimam & perfectissimam re-  
rum tam agendarum quam contemplandarum cognitionem defera-  
mur, vera quoq; ordinis disciplinarum ratio non aliunde estimanda,  
quam ex ea, que in hominem cadit, cognitionis perfectione.

IX.

Similis ferè est ratio objectionis alterius, quā ex eo, quod  
nonnunquam ē rerum ipsarum naturā, nonnunquam ē meliori aut  
faciliore cognitione nostrā defumi videtur ordinis ratio, cogni-  
tioni nostrae anteferendam esse rerum naturam, cūm cognitio non sic  
causa naturae rerum, res autem nostrae cognitionis causa sentian-  
tur, colligitur. Nam et si quidem non negamus, ab ipsis rebus nostram  
dependere cognitionem, ideoq; non alia in disciplinis constituenda esse  
rerum principia & accidentia, quam quae in rebus conspicuntur,  
simulq; fatemur, nostram cognitionem non facere aut immutare res  
ipsas, interim tamen ob rationem jam allatam ex ordine rerum  
recte & conuenienter inferri posse ordinem doctrinæ non concedimus.

X.

Ab his quoq; non multū discrepat, quod, cūm ordo multoties  
ipsa rerum nuncupetur natura, & scientiæ non alio modo res, quam  
uti sunt, representare debeant, nonnulli indē, ordinem doctrinæ in  
disciplinis seruandum sequi debere naturæ ordinem, deducunt.  
Nam notandum, dupliciter ordinis sumi vocabulum, uno modo pro  
re aliquā etiam extra mentem nostram subsistente, quemadmodum cer-  
tum in stellis & elementis ordinem esse dicimus, altero pro cognitio-  
nis instrumento, nihil extra intellectum existente. Si itaq; in priori  
significatione acceptus fuerit ordo, & verè dicitur, quod si natura  
rerum, & recte indē colligitur, ordinem hunc rerum non aliter in  
disciplinis proponendum, quam uti re ipsa se extra mentem habuerit;  
perperā enim docere disciplina, si Saturnum infra reliquos plane-  
tas, & terram supra elementa alia collocaret; sin in altera accep-  
tione sumpus fuerit ordo, nec rerum natura, nec imitatrix ordinis na-  
turæ rerum vere existimatür.

A 3

Quod

### XI.

Quod si insuper concessum fuerit, non è nostra meliore aut facilior cognitione, sed è naturali rerum ordine censendam esse partium in disciplinis dispositionem, cum tamen aliis naturæ ordo sit originis seu generationis, quo à simplicioribus & imperfectiorib. transitur ad composita & perfecta, aliis intentionis, scopi, seu instituti, & perfectionis, in quo à compositis & perfectis fit progressus ad simplicia & imperfecta, quis in quavis disciplina ejusdemq; parte tendens sit naturæ ordo dubium & incertum erit. Nullius enim momenti est, si quis dixerit, rem tractandam commonistrare, qualiter utendum sit ordine, siquidem res contemplandæ generationis, res agenda intentionis ordinem requirunt. Comperimus etenim in scientijs nonnunquam perfectionis, et in disciplinis practicis aliquando originis ordinem servari, nonnunquam etiam utrumq; permisceri, idq; nostra cognitionis gratia.

### XII.

Nec obsec, si quissiam insliterit, idem etiam contra ordinis rationem è nostra cognitione accipiendam afferri posse, cum æquè incircum sit ex hac assertione, utrum à confuse an à distinctè notioribus faciendum sit exordium. Nam cum vel simpliciter vel in suo genere perfecta seu distincta in disciplinis partium, quæ per ordinem disponuntur, necessaria sit cognitio, dubium esse nemini poterit, quin à distinctè notioribus sumatur initium. Vbi tamen sciendum, nos hinc non intelligere notiora conferentia ad aliorum cognitionem, quæ sunt causa cognitionis reliquorum; hæc enim in methodo propriè dicta considerantur; sed ad ea solum notiora, quæ vel necessaria, vel utilia sunt ad sequentium perceptionem, respicere; non enim ordo cognitionem facit, sed solum ad meliorem vel faciliorern cognitionem conductit.

### XIII.

Hinc etiam, quid responderi debeat ad id, quod obisci solet, non nostram in doctrinæ ordine spectari posse cognitionem, cum in scientijs

enisijs

entijs ea sèpiùs præmittantur ; quæ nobis ultima & obscuriora, na-  
turæ tamen prima & notiora sunt , conspicitur . Eisi namq; princi-  
pia quidem nonnunquam cognitione confusa ignotiora deprehenduntur,  
distinctâ tamen cognitione notiora perpetuò sunt ipsis effectis , uti ex eo  
apparet , quod principia sine distinctâ effectuum cognitione , non autem  
viceversâ effectus sine distinctâ principiorum cognitione , distinctè per-  
cipi & intelligi possint .

#### XIV.

Mitto jam , quod nonnulli ex eo , quod methodus sit à notioribus  
nobis , ordinem non posse respicere cognitionem nostram , colligunt .  
Primum namq; si in syllogisticam formam revocata fuerit impugna-  
tio hec , viciosa deprehenditur , cùm in primâ figurâ minorem habeat  
negantem . Deinde verò ad materiam respicendo , facienda distin-  
ctio inter notiora nobis , in quibus consistit methodus , & inter noti-  
ora nobis , circa quæ versatur ordo . Respicit etenim methodus tām  
confusa quād distinctâ cognitione notiora , & quidem talia , quæ co-  
gnitionem faciunt , ordo autem ad ea duntaxat refertur , quæ di-  
stinctâ solum cognitione notiora sunt , & ad meliorem vel faciliorem  
cognitionem conferunt .

#### XV.

Quæ porrò causa afferri poterit , quod ut plurimum universalia  
in disciplinis anteponantur particularibus , nisi ea , quod illa ad ho-  
rum cognitionem faciant ? Cùm enim in specierum definitionibus ge-  
neris ex necessitate facienda sit mentio , nisi generis natura probè fue-  
rit cognita , nec specierum essentia dextrè poterit intelligi .

#### XVI.

Neq; alicujus est momenti , si quispiam hujus causam referre  
velit in naturæ prioritatem . Origine namq; priora non sunt uni-  
versalia particularibus , cùm universalia primæ notionis seu realia o-  
mnia esse suum habeant in singularibus ; neq; perfectione priora as-  
sistantur , cùm longè major specierum , quād generum , & individuo-  
rum quād specierum , sit perfectio .

Nemini

XVII.

Nemini autem mirum esse debet, quod nos universalia quædam sentiamus realia, cùm doctissimus Zabarella ea omnia intentionalia faciat, & nihil extra animum nostrum esse afferat. Si namq<sub>a</sub> aliquantò accuratiū rem trutinamus, universalia secunde notionis rationalia tantū dicimus, prima vero notionis non item. Cùm enim homine sublato nulla supersint intentionalia, in rerum tamen naturā esse non desinat Arbor, Animal, Equus, & id generis alia, ipsismodi universalia etiam præter nostram cogitationem subsistere cogimur fateri.

XVIII.

Acq<sub>h</sub> hæc quidem sunt, quæ utrinq<sub>a</sub> ventilantur argumenta positionis, è quorum collatione jam breviter facta cui sententia subscribendum sit, dilucidè appetit.

Coronidis loco queritur

I.

Vtrum in disciplinis semper ab universalibus ad particularia transeundum? Negatur.

II.

Nūm, si concessum fuerit, omnem disciplinam ab universalibus ad particularia facere progressum, ordinis unitas indè probari possit? Negatur.







### XI.

Quod si insuper concessum fuerit, non è nostra meliore aut familiare cognitione, sed è naturali rerum ordine censendam esse parvum in disciplinis dispositionem, cùm tamen aliis naturæ ordo sit ordinatio seu generationis, quo à simplicioribus & imperfectiorib. transcomposita & perfecta, aliis intentionis, scopi, seu instituti, generationis, in quo à compositis & perfectis sit progressus ad imperfecta, quis in qua vis disciplina ejusdemq. parte naturæ ordo dubium & incertum erit. Nullius enim modi dixerit, rem tractandam commonstrarare, quali uten- quidem res contemplanda generationis, res agenda requirunt. Comperimus etenim in scientijs non ordinariis, & in disciplinis practicis aliquando originis inquam etiam utrumq. permisceri, idq. no- stræ cognitionis.

Nec ordinatio rationem è nostra cognitione censendam afferri posse, cùm æquè incertum sit ex hac faciendum sit exponendum, & vel simpliciter vel in suo genere perfecta seu distincta disponuntur, necessaria à distincte notioribus sunt, & non enim esse nemini poterit, quin à distincte notioribus sunt. Huius tamen sciendum, nos hic non intelligere notiora sunt causa cognitionis reliqua, considerantur; sed ad ea solum necessaria, vel utilia sunt ad sequentium perceptio- nes, non enim ordo cognitionem facit, sed solum ad melius conducit.

### XII.

Hinc etiam, quid responderi debeat, in scien- gen nostram in doctrinæ ordine spectari posse, i sci- entijs

